



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Expositio Cavsarvm Quibus S. R. M. Sveciae bellum à  
Rege Regnoque Daniae sibi illatum, etiam post Pacem  
Roschildiae initam, continuare coacta fuit**

**Coyet, Peter Julius**

**[S.l.], 1658**

L.S.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10534**



Oli mirari, Lector candide, opinione, imo & consuetudine haecenus recepta serius in lucem publicam prodiiſſe libellum iſthunc, qui continuati à Suecis belli Danici cauſas & momenta Orbi exponit. Cum enim Sueci bellum iſtud ne quidem ſomniaſſent, in certam ſpem ingreſſi, fore ut quæ reliquæ eſſent controverſiæ, in Tractatibus Hafnienſibus quam primum ſopirentur: factum eſt, ut paucis diebus ante regreſſum S. R. M. Sueciæ in Sialandiam, poſtquam ſcilicet certo conſtabat, Danorum Suecos invadendi libidinem niſi armis reſtingui & ſedari non poſſe, bellum denuo decretum fuerit, & tanta quidem celeritate executioni mandatum, ut ad conſcribendum ejuſmodi librum parum vel nihil temporis reliquum manſerit. Imo ne poſt ingreſſum quidem exercitus Suedici in Sialandiam operi huic manus ſtatim admoveri potuit, partim quod ad concinnandum iſthoc documenta neceſſaria ſeu acta publica hinc inde diſperſa, nec in promptu eſſent; partim vero quod qui negotio illi incumbere debebat, ob crebriora S. R. M. Sueciæ itinera commodam ſcriben-



di occasionem ægre nactus fuerit. Et si dicen-  
dum quod res est, vix opus erat heic armorum  
Suedicorum justitiam pluribus verbis ostendisse,  
cum Dani conditiones Pacis neq; adimplendo,  
neque seruaudo jure merito iterum in se ver-  
terint gladium, quem contra quosvis aggresso-  
res temerarios magnis in his terris potest atibus  
supremum Numen est largitum. Quod si autem  
forsitan restarent quædam Testimonia, dictis  
fidem adstruentia, eorundem editio in aliud  
tempus differetur, quod tunc quidem erit com-  
modissimum, quando Danorum scriptis hoc in  
negotio publici juris factis respondebitur. Ubi  
illa quoque, quæ post Serenissimi Regis Sueciæ  
in Sialandiam reditum, quantum ad motuum  
istorum compositionem attinet, contigere,  
uberius narrabuntur. Interea his utere, Lector  
candide, & B. V.

Duo